inuectiuum Conflauit at scriptis ethnicorum et utriusque iuris sanctionibus quante depressionis id genus vitij stimetur luculenter admodum explicuit Cumque in omnes acriter animaduertendum esse doceat qui ea spurticia sese deiiciunt longe preter alios crudelissime eos plectendos esse contendit qui dum aliis presint aut ecclesias gubernant tam sese abuntur ut quam infimi.

369

Cuthebertus Tonstallius natione Anglus orationem diuulgauit in laudem matrimonii ad annum circiter 19 supra sesquimillesimum declamatam in sponsalibus marie potentissimi anglorum regis filie et francisci eius nominis primi gallorum Regis primogeniti nominis et paterni In qua non inuite amerite eloquio matrimonium extollens sacramentorum omnium longe ipsum prestantissimum esse deducit tum quod primum ac in paradiso fuerit institutum nec ut alia ad tollendum peccatum sed ante commissum non subleuande lapse nature sed ad huc instanti sustinende fuerit inuentum. Tum quod genus humanum cuius vel unum membrum microcosmon hoc est paruum mundum appellant ab internitione sine ipso seruari non possit cui non adhibita sedulo opera uniuersam hanc compagem non mundum sed inmundum non ordinem sed chaos appellaueris Addit quod natura geminam suam vim huic soli administret quodque Religionibus omnibus quantecunque sunt apud deum estimationis preferat quippe ut dei institutum hominum sanctionibus ut coelesti munus terreno ut fides opinioni ut denique verum bonum imaginario quibus de causis cum omnibus et opera sedulo dandam esse inferat eis tamen maxime ad ipsum ineundum conuenit qui rebus publicis prefuturi publicis nihil uniuerse rei publice chara prius pignus Relinquere possunt atque prolem quam legitimo iure que patria humanitate quemque expers tyrannidis populo gubernator succedat et hic ad tres ut aiunt capellas oratione deducta maria anglorum regis filia et sponsum franciscum galli primogenitum variis laudibus effert eoque albe galline filios esse contendit quod parentes nati fuerint qui vel incunabilis ad sanctissimum matrimonii vinculum eos coegerint non ad vulgare quidem coniugium sed quo pax postliminio orbi poene toti Reditura erat quo bellum exulabat in exilium quo denique in nullo non Reipublice consultum ibat quo plane comprobato et adiecto pulchritudinis marie ac fortunarum francisci non vulgari encomio linguam fauet.